

## Order of Saint Lazarus: Primary sources

---

Guillaume de Camelis & Marc de Camelis. Donation document made out to the house of 'Sancti Lazzari' in Italy dated 1319. original document lost; copy on paper [undated] in Arch Stor. Ord. Maur., fondo San Lazzaro, mazzo 11, doc.1

- Transcribed in: R. Hyacinthe. L'Ordre de Saint-Lazare de Jérusalem au Moyen Age. Études & Communication Édition, Bez-et-Esparon, 2003, p.205-206. [doc.V] [ISBN: 2911722205]

1319	Guillaume de Camelis & Marc de Camelis	Donation document made out to the house of 'Sancti Lazzari' in Italy
------	--	--

*In nomine Domini nostri Ihesu Christi, anno ab Incarnatione eiusdem millesimo tricentesimo nono decimo, regnante domino nostro Roberto Dei gratia rege Hierusalem et Sicilie, ducatus Apulie, principatus Capue, Proximitie et Folcaquerie ac Pedimontis comite, regnorum eius anno undecimo salutem. Amen.*

*Die undecimo novembris tertie indictionis, apud Campumbassum, nos Jacobus Petri de Heustasio Campibassi iudex et Thomasius notarius Philippi publicus eidem terre, auctoritate regia notarius presenti scritto puplico fatemur atque testamur: quod in presentia nostra et aliorum subditorum testium de eadem terra ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, frater Guglielmus de Camelis et dominus Marcus filius eius de Campobasso, considerantes et affectantes eorum statum de bono in melius comutare, et privilegiis, honoribus et habitus Sancti Lazzari se esse subiectos, bona eorum voluntate obtulerunt se ipsos, locum seu domos Sancti Anthonii de Campobasso et ipsam ecclesiam Sancti Antonii sitas in pertinentibus Campibassi, juxta stratam qua itur Matricium et alias partes et alios fines habet, cum terris cultis et incultis, nemoribus, vineis, ortis et omnibus aliis juribus et rationibus ad ipsos locum seu domos et ecclesiam spectantibus, et omnia alia bona eorum mobilia et stabilia se equaliter moventia, ad ipsos de jure et de facto spectantia, sacre domui militie Sancti Lazzari Hierosolimitani hiis conditionibus ab introitibus et reservatis in presenti contractu:*

*Quod ipsi frater Guglielmus et dominus Marcus et eorum heredes, suum ipsum locum seu domos, ecclesiam et bona omnia supradicta habeant, teneant et possideant ac gubernent prout pristino tempore gubernaverunt, et quern de eorum heredum et suum*

## Order of Saint Lazarus: Primary sources

---

dicti frater Guglielmus et dominus Marcus antedicti et eius heredes ad hoc electi in ultimis confinanti sed interminos eligerunt in rectorem, et suum in loco seu domibus, ecclesia et bonis aliis supradictis provincialis nmagister dicte sacre domus teneatur.

Utque decet confirmare promittentes et se solliciter obligantes, pro ipsis, loco seu domibus, ecclesia et bonis aliis supradictis dare et solvere magistro sacre domus presente in civitate Capue seu alibi in provincia Capuane, tantum anno quolibet quando fit capitulum ibidem per fratres dicte sacre domus, medium Augustale auri tantum. Et non teneantur tam ipsi quam sui heredes et suum ad alia facere magistro et fratribus dicte sacre domus militie nisi tantum ad persolvendum dictum medium Augustale; sint immunes ac liberi a nexu cuiuslibet muneris seu servitutis personalis et realis. Dictis fratre Guglielmo et domino Marco eorumque heredibus et suum deficientibus de hoc seculo nulloque relicto per eos ad gubernandis bona predicta, ut dicta est omnia supradicta bona, locus seu domus et ecclesia ad dictam sacram domum militie libere revertantur.

Et si contingerit aliquem magistrum dicte sacre domus, seu eius vicarium alioi modo gravare dictos fratrem Guglielmum et dominum Marcum antedictum, vel eorum heredes et suum pro bonis ipsis oblatis seu pro oblatione predicta, et quod agravaret nisi tantum ac solutionem dicti medii Augustalis ut dictum est, dicti locus seu domus et ecclesia et bona omnia supradicta ad ipsos fratrem Guglielmum et dominum Marcum vel eorum heredes et suum libere revertantur, ipsaque causa jure proprietate quam habet dicta sacra domus militie et bonis omnibus supradictis oblatis admittant; et dicta donatio sit cassa, irrita et inanis.

Presentibus et recipientibus oblationem ipsam et ipsos dominum Marcum et Guglielmum in fratres ipsius sacre domus nomine et pro parte ipsius sacre domus fratre Sabino de Barulko locotenenti vicarii generalis, procuratore statuto per fratrem Ursonem vicarium et preceptorem domorum predictae militie

in regnibus Sicilie, Ungarie et Romanie super domibus supradictis, fratre Johanne de Orgento, fratre Angelo de Barolo, fratre Clemente de Manfredonia, et fratre Emeo de Vesilua, fratribus sacre domus predicte, qui promiserunt eisdem fratri Guglielmo de domino Marco, formas dare seu copias privilegiorum dicte sacre domus pro autenticando et retinendo in ecclesia Sancti Antonii prelibata; promittentibus dictis fratri Guglielmo et domino Marco contra dictam oblationem salvis conditionibus supradictas alquo tempore non venire.

De qua oblatione voluerunt quod fierent dua publica instrumenta consimilia ad causam quorum interest et poterit interesse, que in instrumenta possint lotiens prout sapientes auxiliantes quotiens erit opus non mutata sub statuto veritalisa unde ad futuram rei memoriam et causam omnium quorum interest et poterit interesse. Nos qui supra iudex et notarius fecimus ex inde dua publica consimilia instrumenta signis et subnominibus nrostris munita et subdictorum testium roborata que scripsi ego Petrus notarius qui premissis regatus interfui et meo solito signo signavi.

Datum ut supra. Locus Signi. Ego qui supra Jacobus iudex. Locus signi iudicis. Ego Raymundus de Molisio, interfui et me subscripsi. Ego iudex Rogerius, interfui et me subscripsi. Ego Romanus de Johanne, interfui et me subscripsi. Ego Philuippus de Tancreto, interfui et me subscripsi. Ego magister Palmerius, interfui et me subscripsi. Ego Iugo Iudicis Benedicti testis interfui et me subscripsi.